

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**MARTINO || BRASCHIO || ET || ANNE SCHACH=||TIAE, Sponsis || Gratulantur  
amici exteri.||**

Rostock: Ferber, Augustin d.Ä., 1595

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737816481>

Druck    Freier  Zugang





2806

4. Dd. 6

Heber V-5344  
with 4 more - 1/

69-2065 1-30

Rostock 16. 10. 1800

- 4 -





41.

MARTINO  
BRASCHIO  
ET  
ANNE SCHACH.  
TIAE, Sponsis

*Gratulantur amici exteri.*



ROSTOCHII

Typis Augustini Ferberi Iunioris, Anno XCV.

AD DN: MAR-  
TINVM BRASCHIVM  
P. L. & Professorem Acad. Rost.  
publ. sponsum



DDictum studio severiori  
Pallas vivere calibem iubebat,  
Venus ducere coniugem iubebat,  
Fortis uirag Diva in admonendo;  
Filla armata, sed haec incrmis. Hecres  
Anceps & dubius. tamen manere  
Caelebs constituis. Cupido telum  
Intorquet tibi virginis, B R A S C H I;  
Euo satissq; superq; con alescens,  
Das manus Veneri; ratus iugari  
Vinclo dulcius esse; quam carere  
Nupta. Qui vacuo in toro quiescit

Multa est ille molestia solitus:  
Qui iuncto, labor hunc (uti videre est)  
Et domestica cura perfatigat.  
Sed plus hic tamen est voluptuosi  
Fucundiq; quod experibis ipse  
Quam solum in vacuo cubare lecto.

Hai delbergæ die xxv. Maij.

PAVLVS MELISSVS Franc.  
comes Palat. & Eques,  
civis Romanus.



## Ad Musas de eodem.



R A S C H T V S , Aonides , vobis dilectus alumnus ,  
Cuius ab ore fluunt carmina melle magis  
Dulcia , formosae succensus amore pueri ,  
Fam longum vobis carminibusq; Vale  
Dicu , hanc vigilans videt vnam , hanc somnias vnam ,  
Quin etiam huic animi ius dedit omne sui .  
Mi contra Aonides : nobis suadentibus vtrid  
Filius in thalamum Schachtia virgo venit .  
Non tamen is noster quoque definet esse sacerdos ,  
Nec fugiet teneris ludere , vt ante , modis .  
Schachtia posideat licet illum tempore noctis ,  
Aonidum cultor tempore lucis erit .

Iohan Posthius M. D. Archiater  
Electoris Palatini.

## A L I V D.



Factum B R A S C H I vere prudenter , in aev  
Quod tibi adhuc floro querere cura parem .  
Nam quotus est hominum , qui se sine coniuge norit .  
Dimidia modo non parte carere sui ?  
Scilicet id demum tunc sentit quisq; gemin ,  
Fiam ubi iam vanus fit reperire labor .  
Tunc sibi tunc cupiunt vacuos fulcire Penates ,  
Tunc sibi tunc satagunt perpetuare genus .  
Tunc hoc , tunc illuc adeunt matresq; patresq;  
E fastidiis vt ferat vnas opem .  
Tunc hanc tunc illam cana cervice puellam  
Sollicitant : nec adest que velut esse sens .

A 2

Quanto

Quanto tu, Braschi, melius ; qui vere sub ari A  
Fubere, mox reperis quod cupis esse tuum.  
Iamq; tibi nubit rari patris aurea virgo ;  
Aurea, seu decoris siue decoris opus.  
Fila tibi precor ante decem noua gaudia mensis  
Donet, & egregij dei pueri esse patrem.  
Fila tibi precor edulcer studia omnia, sitq;  
Hinc animo, hinc oculis dis Panacca tuis.  
Fila tibi precor usq; mage ac mage semper ametur.  
Donec erit niueis cascus riterq; comis.  
Deniq; sic placida certo fluat ordine vite  
Ambobus perpes nocte dieq; tenor ;  
Sitis ut exemplar seclis quandog; futuris  
Quod natis voweant illeg; & illa, parens.

Ianus Gruterus de Gruytere. I. C.  
& Professor Histor. in Acad.  
Heidelbergensi.

πωσή

In Secundum Allusionum K. V. G. Neoch-  
thonis Librum ἐν δεικνυα.

Ive Abies Nomen, seu fraxinus, istud avitum  
Seu picea (Hebrei quam Berosch puto nominant.)  
Contulit Aenidum non inficianda sororum  
Gloria, tibi Dialectico pre nobili,  
Cum validis MARTINE aliquid commune BER-  
A Habere Karolo visus Uttenhovio es SCHI  
Arboribus ; Casus siquidem visura marinos  
Abiegnā velut audax Nothos, irabs despicit,  
Sic etiam varios terraq; mariq; labores  
Emensūs, ut prudentiam tibi compares.

Rostochio

Rofluchio allapsus tandem felicibus astris,  
    Premium laborum, obliviumq; natus es  
Patre Valentino generatam Schachtida Nympham,  
    Que nomini ut respondent benē patrio  
Te, (patriam & patrem obliviscens, atque tuorum  
    Cogens propinquorum invicem obliuiscier)  
Unum oculis spebat, solum suspirat, & ambit,  
    Penetiq; ab uno lacte ceu pulsus puer.

Coloniæ 1595. 5. Maij stilo novato.

ΟΥΘΕΝ οὔτε φλέψ οὐλικενός——ΒΙΟΣ.

Dictante Karolo ANNA ab Vtenhovia  
    scribebat Vtenhovio.

## A L I V D.

**M**ARTINVS nomen debens pr.enobile M A R T I  
BRASCHIVS AONIDVM seclatus castra sororum  
Quum VENERI nomen mutata mente dedisset,  
Creditur innupt.e accusatus in æde Minervæ,  
    Virgineam Musas vitam decuisse docentis,  
Musarumq; sacros Mystas, castosq; Poetas,  
Theffiadum donec S I M Ω N Themidosq; sacerdos  
Hac ratione Reum absolvit patronus ab omni  
Crimine T O E L M A N N V S ; Genialis fædere lecti  
Virginum esse nihil magis, augustumq; probans, ut  
Quo sine Musarum nec turba pudica pudicos  
Cultores habitura diu foret, atq; Poetas.

Coloniæ 9. Maij.

SIMON TOELEMANNVS  
Pomeranus I. V. D.

A 3

BRA-

# ALIVD.

B R A S C H I V S in thalamos ANNAM cum SCHACH-  
T I D A duxit,  
Ipsa Venus risit, risit & ipsa Charis.  
Et sua Varnicola sparserunt munera Nympha,  
Lychnidas & Calthas, cum violisq; rosas.  
Naiades iussit roseo pater ore rendens  
Ducere letificos prata per uda choros.  
At Muse, quarum sponso gratijs, cura est,  
Texuerunt vati laurea ferta suo,  
Serta MELISSEI S interlucentia gemmis,  
Quis nec Erythri certet arena Tagi.  
Coniugibusq; novis gratantia carmina tandem  
Dulciter h.ec Latij explicuere sonis.  
Quam bene conveniunt pietas & gratia forme !  
Quam bene Musarum laurus adornat opus !  
Ingens forma deus; pietas sed gloria maior.  
Illa bonum fragile est; ista perennis honor.  
Sponsa tibi Veneres custa de fronte relucent,  
Grata Deo pietas sed mage corde sedet.  
Hanc pater a primo docuit te SCHACHTIVS ayo,  
Rostochij praco sedulus ille Dei.  
H.ec facit ut verum redames ante omnia Numen,  
Una debinc juncti sit tibi cura viri.  
Sponse tibi mens est, rare quam cultus honestat  
Doctrina. Varij carminis arte vales.  
Si c magni sequeris vestigia clara BOCERI,  
Cuius ad os stupuit Varnus, & ista Rhodos.  
Ergo tibi meritum Lauri de fronde coronam  
Adalimus, aterna que tibi laude viret.  
Salve par Charitum, Salve par nobile amorum,  
Vebis leta boni temporis aura fluat.

Vobis

Vobis Rostochide fauſtis. queq; precentur  
Semper, & ob grata munera frugis ament.

Laurent Rhodomanus P. C.  
& Profess. Ienæ vtriusq;  
linguæ p.

## A L I V D.

**A**sg. tori socia Martinus Braschius evum  
Acturus vita cœlibe solus erat.  
Affixus libris intenta mente sedebat,  
Amplexus Musas semper amore fuit.  
Affiebatur nullius amore pueræ,  
Spernebat Veneris retia, tela, faces.  
Posit ab infidyls & vt huic tutior esse,  
Tangebat Phœbi fila canora lyra.  
Ips dedit ingenij confecto digna labore  
Præmia cultori laurea ferta suo.  
Imposuit capiti que Pauli dextra Melissi,  
Est qui Phœbæ fama decusq; choræ.  
Hisce futurus erat contentus, plura requirens  
Non que ferta manu virgo venusta daret.  
Sed mittit iussu matris sua tela cupido,  
Et cor Martini fortiter bisce ferit.  
Saucius hinc flammis sensim torretur amoris,  
Affectionem seniit se nec vt ante fuit.  
Vsurus fuerat Phœbi medicamine, nullum  
Invenit ex herbis sed medicamen amor.  
Edenij prodest sed in hortis sola medela  
Ex costa primi facta virago viri.

Hanc

Hanc puer Idalius medicinam monstrat & offert,  
In pectus telum virginis atq; jacit.  
Anna Valentini Doctoris gnatae celebris  
Hec est, que iaculo saucia facta fuit.  
Hanc Martinus amat, castè redamatur ab illa,  
Ad normamq; Dei mutuus hic fit amor.  
Cypris ait ridens: sic sunt Martine domandi,  
Qui mihi non ullum robur inesse putant.  
Vulnus alis venis, est mollis flamma medullas,  
Anna suis venis Schachitia vulnus alit.  
Molliet illa tuos in corde calente dolores,  
Desinet ipsius te medicante dolor.  
Dixit & in tenues volitans euanuit auras  
Cum gnato genitrix insidiosa suo.  
Sed magis atq; magis flagrant Martinus & Anna,  
Et non amborum dissimulatur amor.  
Martinus solus placet Anna doctus, eidem  
Annaq; Martino sola venusta placet,  
Corporis ac animi dotes hic sufficit Anna.  
Carminibus dignas multiplicesq; sue.  
Namq; pudicitia Susannam, fronte Rebeccam  
Ac studio, Sararam sed probitate refert.  
Ella sui prefert thesauris omnibus orbis  
Martini dotes ingenijq; bona.  
Huic os Mercurius, Venus artus, Gratia mores,  
Ingenium Pallas, cor Themis & aqua dedit.  
Anna maritorum seit eis radiare suorum  
Vxores donis, hcc magis ergo probat.  
Accipit ac dextram fidei, dat eamq; viciissim,  
Et fatum votum coniugiale facit.  
Non Hymenaeus abeat, genitalia festa parantur,  
Ducitur ad templum sponsa pudica sacrum.  
A precone Dei Martino iungitur Anna,  
In sociam vite sortis & illa datur.

Ait

Atq; preces sacras supplex Ecclesia fundit.  
His etiam toto pectore iungo meas.  
Et rogo coniugium Deus hoc fortunet ut autor,  
Ac det coniugibus fata secunda nouis:  
Illi nascatur soboles imitata parentes,  
Exhilarans auiam dansq; leuamen auo.  
Ac fractis senio cœlestis gaudia vite  
Donet, quæ nullo sunt peritura die.  
Præbeat his votis faciles Deus optimus aures,  
Atq; meas iubeat pondus habere preces.

## CVIIIA

### Anagramma.

MARTINV'S BRASCHIVS.

CHARVS SINIT VMBRAS.

NON res sed rerum fallaces diligit vmbras  
Maxima pars hominum mente tumente leuis.  
EST Musis CHARVS SINIT VMBRAS quisquis haberi  
Vir charas alijs, corpus habere studens.  
Esse vir hic alijs SINIT VMBRAS, CHARVS ob illud  
Estq; Deo, Musis, nobilibusq; viris,  
Quod spretis nugis, rerumq; fugacibus vmbris,  
Res tantum veras & bona vera petat.  
Ut sunt agniti Christi, bona pectoris artes,  
Virtus, linguarum notio, fama bona.  
Falsa quid est aliud rogo mentis opinio cace,  
Non existentis quam leuis vmbra rei?  
Sunt quid opes mundi, quid magna potentia regum,  
Magnorumq; ducum gratia, forma, fauor?  
Sunt res qua percunt, similes & inanibus vmbbris  
Ars nequit & virtus cum moriente mori.

B

Mundus

Mundus amans paleas p<sup>r</sup>a granis, gaudeat vmbritis,

Docilis res grata fint maneantq<sup>z</sup>, rate.

M A R T I N V S quales hic p<sup>r</sup>eferi omnibus vmbritis,

Eius fama quibus viuet honesta bonis.

Antonius Mocerus Professor Acad.

Erfurdiæ ad Hier.fl. & Rector

Collegij August. ibid.

## A L I V D.

Circulus alterius jam pene absolvitur anni,  
Plenaque bis denum luna recurrit iter:  
Quum procul Arctoas me B A C K M E I S T E R V S in oras  
Euocat ad thalami gaudia festa sui.  
BVRENII nepis quum S A S S I A nuberet illi,  
Prima puellaris S A S S I A fama chori.  
At velut huic Pylade (distantia tanta locorum!)  
Non potui, vt vellem maximè, adesse meo:  
Sic neg<sup>r</sup>. BRASCHIADÆ, quem SCHACHTIA deperit ANNA,  
Hac me presentem sistere quibo vice.  
Et status, & tempus, rerumq<sup>z</sup> nouerca meaurum  
Sors, aliud jam me suscipere vrget iter.  
Hesperios inhiamus agros, solemq<sup>z</sup> cadentem;  
Non licet arctoas ergo petisse plagas.  
Ac velut illi ipsi Pylade gratabar: eodem,  
B R A S C H E, tibi vroueo fata serena modo.  
Vt bene succedat pactum cum S C H A C H T I D E fedis  
Vtq<sup>z</sup> bonis ducas hanc aue & axe domum.  
Mollior & melior, mihi, te rehet effeda, crede;  
Excussum que non pricipitabii humi;

Quodam

Quam nuper ; peteres quum regna Tuisconis: illa  
Qua se in Austrinum porrigit ora latus.  
Quum daret immisus retinacula Methyliscus habenis,  
Effusum mediis ieq, rotaret agris.  
**I**d quod Hodæporico tibi de regionibus istis  
Conquereris, musa fertiliore, dato.  
Non, inquam, excutiet, que nunc vehit effeda BRASCHVM;  
Hoc neq, de curru lapsus acerbis erit.  
Cetera curabit rhedarius ipse. Valete.  
BRASCHE ò SCHACTIADÆ; SCHACH-  
(TIA BRASCHIADÆ.

AD LITERAS NVPTIALEIS  
MARTINI BRASCHII;  
et quoibat op.

**M**Ultis BRASCHIADÆS Poëta maior,  
Ecquid me rogar infimum Poëtam,  
Me PRÆTORIVM, ineptulum poëtam ?  
Quid rogan Charitesque, Hyantieque ?  
Quid rogar Venus, & rogar Cupido ?  
Rogat sancta Themis ? rogar Minerua ?  
Quid Vatum pater ipse Phœbus ? Et quid  
Rogat SCHACHTIA delicata virgo ?  
Et cum SCHACHTIDE, DI, simul Deaque,  
Quotquot in ROSEIS coluntur HORTIS ?  
Ecquid me rogitant ? an ipse possim  
Fucundum geniale, mollicellum,  
Mustea Veneris litum saliuâ,  
Plenum delicijs, facetijsque,  
Plenum lusibus & suauitate,  
Et plenum salibus, jocisque nupis ;  
Quale optem mibi, canitare carmen.

Tot Divis, pariterque tot Deabus  
Quid possem negitare? nil profectio.  
Si negent tamen, hanc negare possem  
Meo BRASCHIADÆ, optimo Poëte:  
Ast si BRASCHIADÆ negare velle:  
Ecquid tam lepide negem, Poëtam  
Qualis BRASCHIADÆN amat, Puellæ?

Hoc vobis igitur, sed inficetum,  
Insulsum, inlepidumq; & invenustum,  
Non vllâ Veneris lîtum saliuâ:  
Nullis delicijs, facetijsq;  
Nec nuptis salibus, jocisq; plenum:  
Nec quale esse decebat; ast vt esse  
Hoc pro tempore quit; habete carmen:  
Quo sponso tibi, BRASCHE, SCHACHTIAE QVÆ  
Tunc dulcicula, tenellulæque;  
Tot PRÆTORIVS imprecor salutes,  
Tot Prætorius opto faustitates,  
Tot Prætorius opto suauitates;  
Tot annos, totidem salubritates,  
Tot natos, totidem beatitates:  
Quot Musæ, Charites, Venus, Cupido;  
Quot posset Themis ipsa; quot Minerua;  
Dux vatum quo Apollo; quot Dij; quot  
Diue quo Roseis coluntur horis,  
Possem & simul, & semel precari;  
Quotq; optet tibi Schachtias pueræ,  
Quotq; optet sibi Schachtias pueræ;  
Tug; optes quoq; Schachtia pueræ.

Iena Tyrigetarum, ex Acad. Salanâ; 9. Kalendas  
Sextileis, Anno clo 15 C V.

Bernhardus Prætorius  
Iespurgen; Chattus, P. L.

ALI-

# A L I V D.

**Q**vid non ingenij furiosa proterua tentat?  
Quod non commaculet turpiter ore bonum?  
Nuper inhumanus quidam sine nomine scurra  
Famineum probris polluit omne genus.  
Multis contendit rationibus ille modisq;  
Non homines dici posse, sed esse feras.  
Et non participes aeterna has esse salutis:  
Instar brutorum sed cadere atq; mori.  
Nec probrum est vllum, quod non effuderit ille,  
Perfidus & fallax in muliebre genus.  
Quis non è scopulis & duro pumice natum  
Aut scua hunc sobolem tygridis esse putet?  
Responso indignus, rigido sed fuste dolandus  
Famineisq; colis excipiendus erat.  
Ecquis enim vitam coleret, si foemina, si non  
Mutua coniugij fædera sancta forent?  
Qui cætus essent hominum, Respub: que nam?  
An forte ex lapidum mole orietur homo?  
Tolle sacros thalamos & vite semina tolles:  
Cuncta libidinibus miscuerisq; simul.  
Antichristus is est, qui sexum temnit & illum  
Turpibus opprobrijs contemerare cupit.  
At tu qui thalamos & connubialia sacra  
Famineumq; colis, sponsæ diserte genus.  
Agnoscis donum contingere cœlitus illud:  
Et tibi non scua est bellua, nupta decens.  
Dy tibi dent facilem nympham, placidamq; piamq;  
Cuius amore queas nocte dieq; frui.  
Archius illa tibi coalescat & hereat, opto,  
Quam magnes chalybi, quam graue quodq; solo.  
Non vllæ dirimant socialia fædera lingue:  
Nullaq; propter opes, lis oriantur atrox.

Sed vobis faueat concordia mater & huic  
Filia, divina gratia menis, Amor.  
Viuite concordes animis, quoquo sequenti;  
Plurima fœundi pignora ferite thori.

M. Matthæus Baderus Scholæ  
Francofurtensis ad Mœnum  
Rector.

## A L I V D.

**M**vis amicus, Dijs reliquis quoquo,  
Est gratus: arcto fœdere scilicet,  
(Discrimen obscurum) ligatis  
Par animus, similis voluntas  
Cunctis inheret: nuper Apollinis,  
Martine vatum præcipitus decor,  
Expertus es primum fauorem,  
Serta gerens viridante Lauro.  
Et nunc capillum fronde sibi sacrâ,  
Ornat puelli mater Acidali,  
Latusquo, victricem reportas,  
E studijs & amore, palmam.  
Pallere cum te sepius ante hac  
Vidi, indipisci que ratio foret,  
Juuabat: an gnauus labor fie  
Dissiper ingenium calorem,  
Fecurue mitis flammula torreat;  
Virumquo, causa est, ut video, quidem:  
Namquo, allaborabas poëtas  
Eximios procul anteire.

Hinc

Hinc invidentis sub facie color;  
(Optabilis sed liuor & amula  
Mens) iniudebas sic, ut omnes  
Nunc meridi iniudeant politi  
Vates tibi, quos secula proferunt  
Hoc nostra. Peclius tum quoq; frigidus  
Pruis, beato flagrat astu,  
Nec meliore calebit vñquam:  
Et te pueræ torret amor tuæ,  
Quam forma, virius, quam pudor aureus,  
Natalibus dignam minorem  
Annulerant: (benè nata quippe,  
A stirpe vix est degenerent suâ:)  
Hinc ceræ ad instar, quam liquidam manus  
Efficerat lente scit intus  
Cor tibi, & auxilium subinde  
Desiderasti. Nunc cape pharmacon,  
Recte dolori conueniens tuo,  
Complexibus blandis racemo  
Flexibili ambitiosorem  
Nympham: vobeo plurima nam prece  
Votisq; nemo me superauerit:  
Ut fata nec tristem senectam  
Dent tibi, nec sobole carentem.  
Nec hoc satis: nam cætera non minus  
Optabit absens Wesselus tuus,  
Tuus futurus deinde, ni tre  
Incipies alienus esse.

Sunderburgi Holsatiæ, Dominica  
Trinitat.

Nicolaus Wesselus L L. studiosus  
præceptor iuniorum  
principum Holsatiæ.

## E I D E M.

**V**Ritur omnis homo, qui non Adamante creatus  
Quem puer Idalic Veneris (cui plurimus ignis  
Ore, manusq; leui nunquam frustrata sagitta)  
Percusit: densa & trepidantem cuspide fixit.  
Quas hic non gentes, que non face corda iugavit?  
Altium, pecudumq; ipsi, duriq; ferarum  
Non renuere greges, quis inspiravit amores!

Te quoq; mi Braschi, rauum cultissime, tandem  
Hic puer edomuit, victum matrisq; potenter  
Ferre iugum, & multos te iussit amare per annos,  
Quamvis te summâ leuiter. (sic namq; placebat)  
Lampade, & inermi tantum perstrinxerat arcu.  
Tu vero hos ardens sentis nunc anxius ignes.  
Non secus, haud vllum puer hic vehementior ac se  
Vssisset faculis, iterataq; vulnera centum  
Fixisset: sum testis ego: Nam nocte dieq;  
Attonitus tacito geris hunc sub corde calorem.

Yidimus immitti cupidum, decurrere campo  
HIPPOMANEM, nec sic meta pallebat in ista.  
Vidi ego ABTENI iuuenis certanâ remis  
Brachia, qui veterum longè transgressus amores,  
Sed minor ille calor, maiores Braschius ignes  
Sustinet: In causa est, tepefecit pectora flammis  
Blanda puella huius, cui toto sanguine soli  
Deditus: hanc omnes inter miratur, amantq;

Ergo age, iunge toros, atq; oita tolle iuuentus  
Braschi nil solo iuuai hem iacuisse cubili  
Nil iuuat iste sopor, vacuiq; modestia lecti.  
Submittere iugo, fugientibus vtere donis,  
Exerce has dotes, veniet mox tristior etas.  
Non ideo tibi tale cecus, non firma iuuenia,  
Vi prorsus viduos tu transmittere per annos.

En blan-

En blandam, en teneram, speciosa en lumina, formam  
En Braschi egregiam, decus en Braschi affice quantum  
Quale tua illa habeat, cui dixti Sola merum cor.  
Basiolum niueis herens dabit illa laceris  
Cinnama quod fragret, quod roret Balsama, Nardum  
Quod spiret, tali & quod teperfundet odore  
Ut videare Arabum segetes mille olfacere, Ista  
Sit tibi suauiolum, tu illis suis blandus ocellus  
Sit tibi mel frangans, tu illis auricomus flos  
Cum fortunata faciet te nocte maritum.  
Plura petin Braschi ? dabimus tibi vota precesq.  
Ipse tibi I A N V S nectat cum coniuge pacem  
Perpetuam, vt thalamis fausto fædere latet.  
H E S P E R V S ipse tibi noctem producat, vt inde  
Cum dulci A L C M E N A, sis alter I V P P I T E R, adsit  
Jpsaq, que soboli præsto L V C I N A creandæ est,  
Ne genus hoc vestrum pereat, sed duret in annos  
Ne paret I R I S aquas, ne fulmina I V P P I T E R, Austris  
Æ O L V S; O P S motum, mala S O R S, M A R S, iurgia seuay,  
Nullus obex fiat; crescat tuus ardor in horas?  
Et quam prima iocis fiet nox suavis vtriq,  
Tam siet ambobus dehinc prospera vita diesq,

M. Iohannes Wesselus  
Pomeranus Vitebergæ ho-  
noris & amoris ergo faciebam.



SPON-

SPONSI VOTVM PRO  
FELICI CONIVGIO  
AD CHRISTVM

fusum ante iter Germanicum Anno 94.  
mense Iunio.

**G**audia ducenta meditor iuuenilia nupt.e,  
Affira ceptis, pronube C H R I S T E, meis.  
Iam mea viuentis vicesima labitur etas  
Nonaq., maturo non aliena toro.  
Non tamen hic quicquam mea se prudentia iactet,  
Lucifer ipse nisi sis mibi, cæcus ero.  
Accipit Abramides te conciliante Rebeccam,  
Auspice te noster concilieatur amor.  
Non equidem ducam nequicquam vela rubori.  
Conscia nempe meus purpurat ora pudor,  
Non vnam afflavit noxam vesana iuuenta,  
Et memini & fateor nec meminisse iuuat.  
Tu veniam indulge, tali meq. eripe culpe,  
Iam dabo conuersas ad noua flabra rates.  
Me miserum! pandas nî tu mibi lumina cæca,  
Nescio cùi dicam, tu meus ignis eris.  
Copia quo maior, tanto magè fluctuo, quis scit  
Hæc, anne illa magis moribus apta meis?  
Quisnam rimatur tacite penetralia mentis?  
Externe fronti credere difficile est.  
Illa quidem longo conuerrit srmate terram,  
Cui tunica in curuos currit adacta sinus,  
Illa catenato spanatur lucida collo,  
Praligat & compias plurima gemma comes.  
Illa acuit blandis radiantia lumina flammis,  
Cogit & in molles docta labella sonos.

Simpli-

*Simplicitas iuuenum capitur sic credula, multi  
Sic pellimponunt exteriore procis.  
Ab miseri serd discunt exinde mariti,  
Pelle sub internâ quanta sepulta mala.  
Huic ergo anticipi committam carbasa vento ♀  
Tutius in vacuo nempe cubare toro.  
Carpat nulla breues vbi cura domestica somnos,  
Rixaq; non aures lancinet vlla meas.  
Vellem equidem & talis fuerat sententia menti :  
Vt viuo, soli viuere dulce foret.  
Sed me divini terrent mandata parentis,  
Atq; mea arcano saucie ab igne fibra.  
Ergo Dioneos mibi leniat vna calores  
Coniugij consors virgo futura mei.  
O mihi si detur, cui sit dos optima virtus,  
Natiue & peclus non rationis egens.  
Quo mihi dolis amor, fatuum si duxero corpus,  
Aut que pro miti coniuge fiat hera ?  
Præstat millenis libertas vnica gemmis :  
Atqui ego seruitij nescia corda gero.  
Sed tamen argute possum seruire pueri.  
Nonnihil, ingenij sit modù, qualis ego.  
Asperet austeros cui nulla ferocia mores,  
Sed leni errantem corrigat arte virum.  
Si mibi tota suos fibris immiserit ignes :  
Dura fieri quamuis, omnia vincet amor.  
Fili, quecunq; est, sit nostra domuncula cura,  
Et focus & mundi sobria mensa cibi.  
Non mihi cura foci, non sit mihi cura macelli,  
Nec matutini triuero saxa fori,  
Me teneant culti Sophie, velut ante libelli,  
At peragat partes sedula nupta suas.  
Vna catenatos mihi mitiget illa labores,  
Sollicitum & suaui molliat imbre iecur*

*equali*

*Æquali in primis sed enim flagremus amore  
    Mæq; rnum coniux, vna vt ametur, amet.  
Filla nec infectos suo fastidiat annos,  
    Rugis & cana tempora tincta niue,  
Filla expiranti lassos mibi claudat ocellos  
    Perpetuo tumulum ploret & ante meum.  
Sic, malo, ducam iuvenile inglorius euum  
    Ac si Croescas quis mibi donet opes.  
Non biberò ex gemmâ, & Sarrano sternar in ostro :  
    Vi sint in thalamo iurgia seu meo.  
Si sordes absint, res sit licet arcta culina :  
    Nil vlrà magnos sollicitabo Deos.  
Nostras Christe preces audis, & amabile votum :  
    Quando iuuat, votis annue Christe meis.  
Nunc tamen antè libet percurvare Teutona rura,  
    Oppida cum cultis visere mille viris.  
Fam posui tabules : & iam mibi sumpta lacerna est,  
    Ingrediar longum te duce tutus iter.  
Atq; ita nocturnum mibi sit vitare latronem,  
    Crescat vt in redditus debita virgo meos.  
Se ferat illa mibi, primaq; sit obuia portâ  
    Ad patrias veluti sacra Rebecca fores.  
Nescio quid calidis mibi palpitet omne medullis ?  
    Certum est : augurium cor mihi molle ferit.*

F I N I S.







1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

W


X

Y

Z

VielFarbSelector Standard

- Euroskala Offset



Hanc puer Idalius medicinam monstrat & offerit.  
In pectus telum virginis atq; jacit.  
Anna Valentini Doctoris gnata celebris  
Hec est, que iaculo saucia facta fuit.  
Hanc Marinus amat, castè redamatur ab illa,  
Ad normamq; Dei mutuus hic fit amor.  
Cypris ait ridens: sic sunt Martine domandi,  
Qui mihi non ullum robur inesse putant.  
Vulnus alis venis, est mollis flamma medullas,  
Anna suis venis Schachtia vulnus alit.  
Molliet illa tuos in corde calente dolores,  
Desinet ipsius te medicante dolor.  
Dixit & in tenues volitans euanuit auras  
Cum gnato genitrix infidiosa suo.  
Sed magis atq; magis flagrant Martinus & Anna  
Et non amborum deßimulatur amor.  
Martinus solus placet Anne doctus, eidem  
Annaq; Martino sola venusta placet,  
Corporis ac animi dotes hic sufficit Anna  
Carminibus dignas multiplicesq; sue.  
Namq; pudicitia Susanam, fronte Rebeccam  
Ac studio, Saran sed probitate refert.  
Flla sui pr.ferat thesauris omnibus orbis  
Martini dotes ingenijq; bona.  
Huic os Mercurius, Venus artus, Gratia mores,  
Ingenium Pallas, cor Themis aqua dedit.  
Anna maritorum scit eis radiare suorum  
Vxores donit, hac magis ergo probat.  
Accipit ac dextram fidei, dat eamq; vicissim,  
Et fatum votum coniugiale facit.  
Non Hymenaeus abest, genitalia festa parantur,  
Ducitur ad templum sponsa pudica sacru  
A precone Dei Mariano iungitur Anna,  
In sociam vi.iesortis & illa datur.

Atq[ue] preces sacras supplex Ecclesia fundit.  
His etiam toto pectore iungo meas.  
Et rogo coniugium Deus hoc fortunet ut autor,  
Ac det coniugibus fata secunda nouis:  
Illi[n]s nascatur soboles imitata parentes,  
Exhilarar[em] dansq[ue] leuamen auo.

Ac fractis se audia vita  
Dicitur veritura die.  
Præb[et] optimus aures,  
Cibere preces.

CHIVS.  
BRAS quisquis haberi  
adens.  
RAS, CHARVS ob illud  
sq[ue] viris,  
la fugacibus vmbbris,  
et bona vera petat.  
Vt j[am] asti, bona pectoris artes,  
Vt guarum notio, fama bona.  
Falsa quid est aliud rogo mentis opinio cccc,  
Non existentis quam leuis vmbra rei?  
Sunt quid opes mundi, quid magna potentia regum,  
Magnoru[m] ducum gratia, forma fauor?  
Sunt res quo[rum] pereunt, similes et inanibus vmbbris  
Ars nequit et virtus cum moriente mori.

B

Mundus